JURISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 282v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Regule Juris libri sexti

Beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica obtineri
Possessor malefidei ullo tempore non prescribit
Sine possessione prescriptio non procedit
Peccatum non dimittitur nisi restituatur ablatum
Peccati venia non datur nisi correcto
Nemo potest ad impossibile obligari
Privilegium personale personam sequitur et extinguitur cum persona
Semel malus semper presumitur esse malus
Ratum quis habere non potest quod ipsius nomine non est gestum
Ratihabitionem retrotrahi et mandato non est dubium comparari
Cum sunt partium iura obscura reo favendum est potius quam actori
In iudiciis non est acceptio personarum habenda
Ignorantia facti non iuris excusat
Cum quis in ius succedit alterius iusta ignorantie tam censetur habere
Odia restringi et favores convenit ampliari
Decet concessum a principe beneficium esse mansurum
Indultum a iure beneficium non est alicui auferendum
Non firmatur tractu temporis quod de iure ab initio non subsistit
Non est sine culpa qui rei quae ad eum non pertinet se immiscet
Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur
Quod semel placuit amplius displicere non potest
Non debet aliquis alterius odio pregravari
Sine culpa nisi subsit causa non est aliquis puniendus
Quod quis mandato facit iudicis dolo facere non videtur cum habeat parere necesse
Mora sua cuilibet est nociva
Ea que fiunt a iudice si ad eius non spectat officium viribus non subsistunt
Scienti et consentienti non fit iniuria neque dolus
Que a iure communi exorbitant nequaquam ad consequentiam sunt trahenda
Quod omnes tangit debet ab omnibus approbari
In obscuris minimum est sequendum
Cum qui certus est certionari ulterius non oportet
Non licet actori quod reo licitum non existit
Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum
Generi per speciem derogatur
Plus semper in se continet quod est minus
Pro possessore habetur qui desinit dolo possidere
Utile non debet per inutile viciari